

# ELEGIDION.

**I**d ne est in fatis? ut, tot VECHNERE; quot annos

Hic vivis; natis funera penè pares!

Ex pers primus iit tibi cuncti funeris annus:

Turpavit reliquos sed Libitina tibi.

Alter ab hoc etenim primâ Annam etate Mariam

Evocat: & patrias spes rapit ante diem.

Tertius instabat: Lucina sinistra recusat

Davidulum Solis cernere luce jubar.

Quartus in ingressu est lugubris funere rursus:

Altera quod moriens Anna Maria cupit:

Anna Maria mibi pro-filia, filia nondum

Trimatibi, primo in flore pusilla cadit.

Nempe DEO vīsum est sic insignire triennū

Vel triplicis proli tempora morte tui.

Est, fateor, sperata tibi, sperataq; nobis

Virginis ad justum hæc Anna Maria decus.

Internæ mentis lucebat ab ore venustas:

Votum erat: hæc viruax filia quinta foret,

Sed prævenit amor spes has, quatuorq; priores

CHRISTI, qui voluit dignioresse procus.